

1195, octubre, 22

Pere de Pujada, amb els seus fills Pere i Guillem i les filles Berenguera i Guillema, ven a Ramon Calvet la meitat d'una vinya que té al terme de les parròquies de Sant Feliu i Sant Daniel, a la muntanya d'Aspirà, per 52 sous.

ASD núm. 54, perg. orig., 220 x 152 mm.

Sit notum cunctis quod ego Petrus de Podiata et filii mei Petrus et Guilielmus et filie mee Berengaria et Guilielma, bono animo et spontanea uoluntate ac nemine cogente, uendimus tibi Raimundo Calueti et tuis et cui dare uel dimittere perpetuo uolueris medietatem illius uinee quam totam uineam habemus cum Borgonano genero nostro et filia mea Ermessende in parrochia et in alodio Sancti Felicis et Sancti Danielis apud montem de Aspirano, que affrontat de oriente in tenedone Adalaidis de Ortis, a meridie in carrerià, ab occiduo in alodio Sancti Danielis, de circio in torrente et in alodio Sancti Danielis. Sicut de his .nu.or affrontacionibus predicta uinea includitur, cum exitibus et ingressibus et cum terra in qua sedet et cum omnibus arboribus cuiuscumque generis ibi sint et cum omnibus in se habentibus sibique qualicumque modo pertinentibus, sic illam tibi et tuis. perpetuo uendimus pro .LII. solidis barchinonensibus, de quibus recognoscimus nos a te bene esse paccatos. Et ideo de nostro iure ac pòtestate cum hac presenti scriptura in tuum tradimus dominium.et potestatem ad faciendam ibi et inde tuam tuorumque uoluntatem, saluo iure domini, omnibus nostris uocipus etracionibus¹ et nostro:rum inde perpetuo extinctis, sine aliquo retentu quem inde non facimus. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .XI. kalendas nouembris anno Domini millesimo .CXC.V.

Sig+num Petri de Podiata, sig+num Petri, sig+num Guilielmi, filiorum eius, sig+num Berengarie, sig+num Guilielme, filiarum eius, qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num Petri de Sancto Laurencio. Sig+num Petri de ipsa Clota. Sig+num Bernardi Canani. Sig+num Agnetis, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa, qui inde accepit pro suo tercio .V. solidos. Sig+num Poncii; ecclesie Sancti Danielis capellani.²

(s. man.) Arnallus de Palacio, qui hoc scripsit die et anno quo supra. (s. man.) Errnengaudus presbiter et publicus scriptor Gerunde, subscribo.

1. *Et racionibus*, reiterat.

2. Les signatures de l'abadessa Agnès i del capellà són posades amb tinta de tonalitat diferent a la del document, i poden haver estat posades pel mateix escriptor després de la confecció del document. En el nostre núm. 89 encara hi intervé l'abadessa Maria.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 151-152